



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

II. An peccata sint omnia æqualia in se?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

## QUÆSTIO II.

*An peccata sint omnia Aequalia  
in se?*

## II. ANTICHRISTIANISMVS.

**I**OVINIANVS fixit esse Aequalia: *P. L. AGIVS, Mortalia omnia; VVICLEFVS, Reproborum, Mortalia; E. eorum, Venialia.*

**CALVINVS** istis singulis aliquid assentitur: Wicellico omnia. Vide *Genealog. p. 4. q. 2.* & *Luther. cal. p. 4. q. 2..*

**CHRISTVS.** Ego verò iustos & iniustos iuxta orare docui, Mat. 6. *Dimitte nobis debita nostra.* Prou. 20. *Quis potest dicere: Mundum est cor meum?* Et tamen sunt quidam in Ecclesia iusti, licet non vndeque mundi. Itaque macula peccatorum aliqua consistit cum iustitia in electis meis.

*Scrutamini Scripturas; quomodo legitis?*  
1. Quibusdam peccatis constitui iniustos: *Ezech. 18. Si auerterit se iustus a iniustitia sua, & fecerit iniquitatem, secundum omnes abominationes, quas operari solet impius; nunquid vivet?*

Sic & *Apostolus 1. Cor. 6. An nescitis, quia iniquum regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, neque fornicarij. &c.* Et hac quidem fuisisti; sed *Ablusi estis baptismo; sed sanctificati estis; sed iustificati estis.* &c.

2. Quædam peccata stant salua cum iustitia in iustis: *Nam Eccl. 7. Non est Homo iustus in terra; qui faciat bonum, & non peccet.* Prou. 24. *Iustus in die sepultus cadit.* Ps. 31. *Pro hac remissione peccatorum orabit ad te omnis Sanctus.* Proinde, 1. Ioa. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsum seducimus.*

Indeliquerat Peccata, quæ mortis res faciunt, esse mortalia: quæ leuis culpa, Venialia; ut quæ iustos non reddit iniustos. Huc omnis S. Patrum, ac retrò sc̄culorum, conspirat consensus. Neque obstat illud, 1. Ioh. 3. *Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum mortale, non facit; quoniam Semen ipsius gratiæ manet in eo,* vt iusto; &, quā iustus, non potest peccare mortaliter, & manere iustus: *quoniam ex Deo natus est:* id est; iustus, quā iustus, non peccat ad mortem. Ita S. Aug. tract. 5. in e. Ioh. & Hieron. l. 1. contra Pelag. Hæc contra Iouinian. & Pelagianos nouos fabros Aequalitatis omnium peccatorum.

## QUÆSTIO III.

*An Electorum peccata sint tantum  
Venialia?*

## III. ANTICHRISTIANISMVS.

**W**ICDEEV & CALVINVS pugnaciter contendunt; Omnia Reproborum peccata, etiam minima, esse mortalia: Electorum, quancunque, esse Venialia.

**CHRISTVS.** At sacra Exempla contrarium euincunt,

I. Adā fuit prædestinatus; quia nunc est beatus: asserensque contrarium Taciānus, est hæresios iuste damnatus. Idem tamen peccauit, Rom. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors. scil. quam Pater ei comminatus erat, Gen. 2. *Quacunque die comederis ex eo; morte morieris.*

II. Omnes Prophetas meos canonizauit, me teste, beatos: *Lue. 13. Cum vide-*

*ri: 16.*